



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Pio Et Candido Lectori S.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

# PIO ET CANDIDO

LECTORI S.

*V*idelicet plus moueant fortiusque ad Christianam pietatem extimulent exempla quam verba, pleniusque sit opere docere, ut inquit Magnus ille Leo Pontifex, quam verbo, testantur tam multi sancti et eruditissimi Patres, qui Sanctorum utriusque sexus hominum *Vitas* describendas sibi sumpserunt, et cum ineffabili fructu ad posteritatis notitiam transmiserunt. Nouimus ex D. Augustini Confessionibus, quantum illib.<sup>Lib.8.cap.6.</sup> adhuc vacillanti contulerit audita vita beatissimi Antonij Eremitae: nec dubium, quin innueneris alijs idem evenerit. Nostrorum instituti primus author et patriarcha Dominicus, Patrum exemplis summo per delegatus, ad supremam vitae spiritualis et religiosae perfectionem pervenit. D. Thomas Aquinas, sui patris Dominiciani vestigis insitens, eiusmodi electione haud vulgariter afficiebatur: nec id sane absque ingenti fructu. Quod si vero bis solidiora petimus, non desunt nobis ne ipsius quidem scripturae diuinae testimonia. Iesus Syrach a cap. 44. usque ad quinquagesimum primum in suo Ecclesiastico quid aliud, quam Sanctorum, qui in hac vita Deo placuerunt, exempla commemorat, eaque nobis ob oculos spectanda et imitanda proponit? Matathias ille legis excensus et elator cum ab hac vita effretabiturus, fratris<sup>I.Mach.2.</sup> suos nulla re alia magis, quam recitandis Patrum gestis, ad agendum fortiter pro Deo eiusque sanctissimis legibus exhortatur et confirmat. Sed et in novo Testamento D. Paulus prolixus est in precedentium sanctorum Patrum celebranda fide. Posset huius Heb.11. generis permulta alia adduci: sed res per se adeo illustris et perspicua est, ut superuacuum videri possit, illi docendae rationes et argumenta adhibere. Itaque non possum non approbare, atque etiam commendare tam pium studium R. Patris D. Laurentij Surij Cartbusiani, qui non parvo labore has Sanctorum *Vitas* ex diuersis autoribus et egregijs manuscriptis exemplaribus collegit, et tanquam rarum quendam thesaurum Catholicae Ecclesiae hominibus contulit: quam specieabilis viri D. Geruini Licentiatu*vtriusque Iuris*, diligentiam et sedilitatem, tum in ponenda sua in MS. exemplaribus conquirendis opera, tum in excudendo opere tam pio et Ecclesiae salutari. Tu itaque his fruere, Lector amice, nihil ambigens, quin eorum lectio non solum detrimens tum nullum aut perniciem, sed ingentes potius et  
vberimos tibi sit fructus allat<sup>ura. Vale.</sup>

F. Theodoricus Buscoducensis, fratrum  
Dominicanorum intra Coloniam Prior  
et Apostolicus Inquisitor.

b 2 INDEX